



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Calcei extractio signum ceßionis de jure.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

culcabis leunculum & draconem. Et
 ille, in quo Christus, cum suis
 discipulis dominationem summam
 in Satanam se concessisse vellet sig-
 nificare, dixit: *En dedi vobis po-*
Luc. 10. 19.
testatem calcandi super serpentes &
scorpiones, atque super omnes vires
adversarii. Hinc factum puto ut
 calceus, qui incendentium & cal-
 cantium usibus inservit, signum
 fuerit dominii & potestatis, atque
 inde, ubi juris sive dominii cessio
 significanda foret, calceamenti solu-
 tio & extractio symbolicas usur-
 pata fit, prout id olim ingeniose
 expressit, uti observavit Bene-
 dictus Balduinus, quisquis amoris
Bald. de
 effigiem pinxit, sinistra manu cal-
Calc. Ant.
 ceum gerentem, altera vero titu-
cap. 24.
 lum hunc, *IUS MEUM ALTE-*
RITRADO. Id ipsum videre
 est in veteri more, quo olim usi-
 sunt Hebræi, cum quis jure suo
 cederet, & dominium alicujus
 rei in aliud transferret, ut qui jus
 suum alteri tradebat, calceum ex-
 traheret, in signum atque testimo-
 nium se cedere jure calcandi fun-
 dam & possessionem, de qua an-
 tiquissima consuetudine plura dis-

320 De CALCEIS HEBRÆOR.

putabimus sequenti capite. Pariter hinc factum conjicio, ut illi, qui nuptias uxoris fratris demortui recusabat, calceus à vidua extraheretur, in signum eum privari omni jure, quod in eam ex lege Dei habebat. In qua ceremonia hoc ad ignominiam pertinere puto, ut ipse non solveret atque exueret calceum, sed vidua fratris, cum in translatione dominii, ubi aberat omnis infamia, qui jus suum alteri tradebat, calceum suum ipse exueret.

V. Circa hunc ritum lapsus est
Bald. loc. Benedictus Balduinus : *Qui frat-*
ris viduam, inquit, ducere recusa-
bat, primum sui calcei corrigiam sol-
vebat, quo nimurum ostenderet, se jure
cedere calcandi fundum five posses-
nem, quam cum vidua erat aditus.
Deinde mulier ultionis demortui gratia,
calceum recusantis auferebat, ut sic
eum infamem denotaret. Ubi illud
omnino falsum est fratrem ipsum
primum sui calcei corrigiam solvere,
cum vidua & solveret & extrahe-
ret calceum, illud vero perperam
dictum, hoc ab eo factum, ut
ostenderet se jure cedere calcandi fun-
dum

Bald. loc.
cit,